Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



95

sinistrisq; gradiens. cum adsola quae anteriora ſ
nititur In nullo dilectationis infimae latere flec
tatur. Facies & uncinos ex auro. & duas catenulas
auro purissimo sibi inuicem coherentes. quasi inseres
uncinis. Uncinos quos dicit In supremis erant an
gulis suphumeralis fabre adfixi; Catenulae autem
quas iungit Nimi ipso suphumerali sed potius in ratio
nali hoc est in superioribus; eius angulis panulos aureos
uidentur fuisse adnexae. Ut cum induerentur
pontifex catenulae quae de rationali pendebant
possent cum uncinis suphumeralis adnecti. quatinus
utraq; sibi mutuo firma positione cohererent.
Scriptum namq; est. apertius in posterioribus; fecerunt in
rationali & catenulas sibi inuicem coherentes de aurum
purissimo. & duos uncinos totidemq; anulos aureos.
Porro anulos posuerunt in utroq; latere rationalis
equibus penderent duae catenae aureae. quas inseruerunt
uncinis. qui in superhumeralis angulis eminebant.
Oequorum figura melius in rationalis ex positione
tractabitur.

IV

Rationale quoq; iudicii facies opere polymito
iuxta texturam suphumeralis ex auro hyacintho
& purpura coccoq; bistincto & byisso retorta, qua
drangulum erit & duplex. mensura palmi habebit

sub